Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent

sanguine redemi te. Hinc rursus Dauid
inquit. Redimet dominus animas seruo
rum suorum. ⁊ non derelinquet scilicet in
suo auxilio omnes qui sperãt in eo. timor
igitur dei ⁊ spes i eo solidissima causa erit
q̃ adsit auxilio famulantibus ei. quoruz
non modo spes. sed ad eos ꝺ hoc auxilio
facta est repromissio. Hinc ad israelẽ Ja
cob in visionibus Esaie prophete dicit.
Seruus meus es tu. elegi te. ⁊ nõ abieci
te. ne timeas. quia ego tecum sum. ne de
clines quia ego deus tuus cõfortaui te. ⁊
auxiliatus sum tibi. Quã magnuz est
iuuamen in omni re bona peragenda di
uini nominis inuocatio. Audiam⁹ Sa
lomonem in prouerbijs dicentem. Tur
ris fortissima nomen domini. ad ipaz cur
rit iustus ⁊ exaltabitur. Et rursus. omis
sermo dei ignitus clipeus est omib⁹ spe
rantibus i se. Et Dauid in psalmo. Vox
tonitrui tui i rota. ac si diceret. sicut toni
trui voce homies terrent. ⁊ eorum aures.
que torque o ⁊ rota figurantur surdescũt
⁊ obtunduntur. ita diuini nominis inuo
catione pauent dꝰmones ⁊ temtãdi fallẽ
diq̃z artem relinquũt. Bonorum autẽ
societas q̃z efficax sit ad consolationem p̃
standam constat ex eo quidem q̃ boni si
miles sunt carbonibus ignitis. qui p̃ ap
plicationem flante vento igniunt extin
ctos. Sic bonis mali. pusillanimes forti
bus vniti diuino succenduntur afflatu.

Contrariorum item prostratio nos ad
bene operandum facit promptiores. Si
cut em̃ in militia cernimus corporali. q̃
deuictis hostibus pugnatores efficiũtur
audaciores. ita pessundatis vicijs. debel
lato satbana facilior nobis est ad virtu
tes progressus Spiritussancti gratia cũ
in mentem hominum fuerit infusa. omnẽ
prorsus timorẽ foras expellit. Testes sunt
apostoli. qui ibãt a cõspectu concilij gau
dentes. Quoniam digni habiti fuerant
pro nomine iesu contumelias pati. Te
stes sunt omies sancti martires. qui in illa
confortati nullum genus mortis timue
runt. Est em̃ gratia acutus gladius. ⁊ in
euertibile propugnaculũ. quo qui premu
nitus est ab omibus se potest tueri ⁊ de
fendere i cursibus. perinde paulo a se sti
mulum amoueri postulanti saluator di
xit. Sufficit tibi gratia mea ad te scilicet
defendendũ. Et idem apostolus discipu
lum suum Tytũ in ea monet confortan
dum dicens. Tu autem fili mi conforta
re in gratia. que est in christo iesu. Si
cut ergo bonus gladius in mundi militia
magna est audacia pugnatori. ita dei gra
tia cuilibet i castris dei ꝓstituto. Vbi nũc
cum carne. nunc cum mundo. nunc cum
principibus eius. nunc cuz potestatibus
infernorum pugnandũ est audaciam for
titudinẽ. constantiã. mentisq̃z solamẽ ma
ximum p̃stat. Hinc beatus Gregori⁹ ait.
Celorum hoc est euangelizantium chri
sti fidẽ. virtus de spiritusancto sumpta est
Qui a mundi hui⁹ potestatib⁹ contraire
non p̃sumerent. nisi eos sanctisp̃us gra
tia solidasset. Quales nanq̃z ecclesie san
cte doctores ante aduentũ hui⁹ spirit⁹ fu
erint scimus. s. quoniã timidi ⁊ pusillani
mes erant ⁊ post aduentũ illi⁹ cui⁹ forti
tudinis facti sint cõspicimus. Certe ipe
pastor ecclesie Petrus quãte debilitatis
quãteq̃z formidinis ante aduentũ huius
spiritus fuerit. Ancilla hostiaria requisi
ta dicat. vna em̃ mulieris voce percussus
dũ mori timuit vitam negauit. Et tũc pe
trus negauit in terra. cum latro cõfitebat
i cruce. Sz vir iste tante formidinis qua
lis post aduentũ hui⁹ spiritus existat au
diamus. fit ꝓuent⁹ magistratũ ateq̃z senio
rum cesis denũciatur aplis. ne in nomie
iesu loqui deberent Petrus magna au
toritate respondit. Obedire oportet deo
magis q̃z hominib⁹. ⁊ rursus. si in ꝓspectu
dei iustũ est. vos potius audire. q̃z deum.
iudicate. Postulemus ergo sine intermis
sione dei gratiã fratres. vt per eam in eius
seruitio fortes ⁊ constantes esse valeam⁹

Postremo contemplari. quantã no
stris pio actionibus omniũ bonoruz lar
gitor sit exhibiturus mercedem ad omne
etiã difficile opus nos reddit animantio
res. Quisquis em̃ vel currendo. vel pu
gnando. vel quouis alio modo operan
do laborat leues profecto sibi putat esse
labores. si magnas sibi futuras arbitrat
esse mercedes. Perinde diuus Gregori⁹
ait. quicquid intolerabile pusillanimitas
asserit hoc leue ⁊ facile spes remuneratio
nis ostendit. At vero quis metietur mer
cedem laborantibus in agro dominico p̃
missam. Quis superne ciuitatis gaudia